

operatus in paulo. quod & in p̄tro sp̄s sc̄s operatus  
sit. Sed & d̄m patrem operatum in se. p̄rus ipse  
testatur. Sicut est in actibus apostolorum. Quia  
surgens p̄rus. dixit ad eos. Viri fratres. vos sci  
tis. quia adiebus antiquis in nobis d̄s elegit. ex  
ore meo audire nationes verbum euangēlii.  
Ecce igitur in p̄tro. d̄s p̄dicationes operatus  
est. in quo utique. cum per xp̄m electus est &  
assumptus. operationem xp̄i. quis audeat dis  
fiteri. Cum ipse d̄s dicat. pascite agniculos me  
os. Una igitur operatio patris. & filii. & sp̄s sc̄i.  
Nisi forte hoc putatis. qui negatis eiusdem erga  
apostolos operis vnitatem. Ideo operatum pa  
trem. Ideo operatum sp̄m in p̄tro. In quo filius  
operatus fuerat. quasi ei filii operatio minime  
redundaret ad gratiam. Et ideo velut aequae  
conlatis viribus. patris. & filii. & sp̄s sc̄i. operati  
onem fuisse multiplicem. ne ad firmandum  
p̄rum. xp̄i solius operatio vacillaret. Nec  
solum una operatio in p̄tro inuenitur. patris.  
& filii. & sp̄s sc̄i. sed & iam in omnibus apostolis.